Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



non audiemus et famem non sustine
bimus et ibi habitabimus. Propter
hoc nunc audite verbum domini
reliquie iuda. Hec dicit dominus
exercituum deus israel. Si posueritis
faciem vestram ut ingrediamini e
gyptum et intraueritis ut ibi habitetis
gladius quem vos formidatis ibi con
prehendet vos in terra egypti et fames
pro qua estis solliciti adhebit vobis
in egypto et ibi morietur. Omnes qui
uri qui posuerunt faciem suam ut
ingrediantur egyptum et habitent ibi
morientur gladio et fame et pestilentia. Et
nullus ex eis remanebit nec effugi
et malum quod ego afferam super
eos. Quia hec dicit dominus exer
cituum deus israel. Sicut conflatus est fu
ror meus et indignatio mea super ha
bitatores iherusalem. sic conflabitur indig
natio mea super vos cum ingressi fue
ritis egyptum. Eritis in vos iuran
dum et in stuporem et in maledictio
nem et in obprobrium. Et nequaquam
ultra videbitis locum istum. Verbum
domini super vos reliquie iuda. Noli
te intrare egyptum scientes scietis
quia obtestatus sum vos hodie. qua
decepistis animas vestras. vos enim
misistis me ad dominum deum vestrum
dicentes. Ora pro nobis ad dominum
deum nostrum et iuxta omnia quecum
dixerit tibi dominus deus noster sic
annuntiabis nobis et faciemus. Tan
nuntiauit nobis hodie. et non audiuit
vocem domini dei vestri super universis
pro quibus misit me ad vos do
minus. Nunc ergo scientes scietis
quia gladio et fame et pestilentia morie
mini in loco ad quem voluistis in
trare ut habitaretis ibi.

XLIII

Factum est autem cum comple
sset ieremias loquens ad
populum omnibus sermones
domini dei eorum pro quibus miserat
eos dominus deus eorum ad illos omnia
verba hec dixit azarias filius iosie
et iohanna filius kharee et omnes
viri superbi dicentes ad ieremiam
mendacium tu loqueris. Non misit
te dominus deus noster dicens. ne
ingrediamini egyptum ut habitetis
illic. Sed baruch filius nerie incita
uit te ad versum nos. ut tradat nos
in manus chaldeorum. ut interfi
ciant nos et tradant in babilo
nem. Et non audiuit iohanna filius
kharee et omnes principes bellatorum
et universus populus vocem domini. ut
maneret in terra iuda. sed tollens iohan
na filius kharee et universi principes
bellatorum universos reliquias iu
da. que reuersi fuerant de cunctis
gentibus ad quas fuerant ante dis
persi. ut habitarent in terra iuda. uiros et
mulieres. parvulos et filias regis
et omnem animam quam reliqui
rat nabuzardan princeps militum
cum godolia filio aicham filii saph
an. et tulit ieremiam prophetam
et baruch filium nerie et ingressi sunt
terram egypti. quia non obedierunt
voci domini et venerunt usque ad th
ahpanis. Et factus est sermo domini
ad ieremiam in thahpanis dicens.
Sume in manu tua lapides grandes